



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Qvartvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Q V A R T V M.

Fide sumus iusti,
Fides est opus,
Ergo propter opera sumus iusti.

Respondeo ad maiorem.

M A I O R intelligatur correlatiue, Fide sumus iusti, id est, per misericordiam propter Christum sumus iusti: Non quia fides sit virtus, qua mereatur remissionem sua dignitate. Quod vero additur, fides est opus, concedendum est: Est enim opus, ut dilectio, patientia, caritas. Et ut haec sunt infirma & languida, ita Fides est admodum inbecilla, & concutitur multis dubitationibus. Quare non ideo sumus iusti fide, quia tanta sit huius virtutis dignitas, ut mereatur remissionem: Sed quia oportet aliquid esse instrumentum in nobis, quo apprehendimus Mediatorem pro nobis interpellantem, propter quod amans Pater est propitius.

Q V I N T V M.

Gratia sumus iusti,
Gratia est dilectio infusa cordi,
Ergo dilectione infusa sumus iusti,

Ad minorem respondendum est.

G R A T I A proprie significat misericordiam gratuitam, seu aequationem gratuitam propter Christum. Nam cum dicitur, Per gratiam habemus remissionem, si sic intelligas, propter donatas virtutibus habemus remissionem, plane euerteret totam Pauli sententiam, & confundet adimes veram consolationem. Non enim nostras qualiter auferri debemus, cum angimur de remissione, sed configere ad Maiorem. In hac ipsa lucta corda etiam Spiritu sancto inuantur, sicut Paulus inquit, Dedit Spiritum, in quo clamamus Abba Pater. Et donec in tali motu fidei dari Spiritum sanctum. Gal. 3. Ut promissionis Spiritus accipiamus per fidem. Quare cum illa acceptatione omnia est donatio Spiritus sancti, neq; tamen sequitur, nos plus nouas virtutes habere reconciliationem.

S E X T V M.

Impossibile est nosse voluntatem Dei erga nos.
Credere quod sumus in gratia, est aliquid affirmare de voluntate Dei erga nos.
Ergo impossibile quiddam affirmare videmur, cum dicimus,
Credendum esse quod sumus in gratia.

R E S P O N D E O : Maior est vera, de voluntate non revelata verbum Dei: Ceterum est autem in Euangeliō, quod Filius Dei

h 4 protulit